

seferam, omnique caritate, naturali aequitate, & Christiana religione vacuam.

Altera est: Peccatum hoc in hac etiam vita precoci inferno puniri iis penis, & crucibus, quas hoc vicium figit iis, quos urit, ac possidet.

Vide in Te, II. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: INVIDIA. Hoc etiam in argumento ostendere possumus, Invidentem ingratum esse Deo, quippe non acquiescens bonis, quibus divina largitas illum cumulavit, a quo non patitur animo, ubi videt alios similibus affici, insimulans Dei Providentiam, & illi quodammodo succensens.

Secundo. Insuper est, & contumeliosum proximo, quippe illum persequitur temere, nulla laesus iniuria, & nihil inausum reliquit, ut apud omnes male audiat.

Tertio, sibi metipsum crudeliter esse, propter crucem, atque tormenta, quibus hac animi perturbatio illum exagitat, ut videt est in Cain, & Saul, qui invidebant Abel, & David.

Desumptum ex eodem loco.

Sub finem Evangelii verba sunt de exiguo Electorum numero; multi vocati, pauci vero electi. Sed hoc argumentum in aliud Evangelium, aliamque diem referamus.

PRO DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Exit, qui seminat, seminare semen suum. Luc. 8.

I. ARGUM. De Verbo Dei. Nemo ambigit, Fideles, quo minus Dei Verbum sit vulgatissima, eademque præsentissima salutis humana causa. Deus nobis loquitur opus est, si a nobis audiri vult: Nos revocet opus est, cum per infidelitatem ab illius cultu recessimus; denique nos erudiat opus est de magnis, æternisque veritatibus suis, si illis nosmet debemus subijcere, eaque in praxim redigere; quamobrem Sancti Patres Dei verbum, generale fundamentum nostræ instrumentum, gratiarum omnium rivum, nostræ prædestinationis causam, ac tandem viam appellant, quia Deus nos ad supremam adducit felicitatem.

Cum autem de verbo Dei loquitur, non intelligo solum verbum ejus intrinsecum, quo tanquam supremum mentis, & cordis hominum Dominus alteram quidem illustrat, & movet alteram, atque quocumque voluerit, circumagat, quod gratia interior vocatur, de qua alibi verba fecimus; Sed intelligo etiam verbum exterius, cum jungit hæc gratiam voci hominum, ut per aurem usque in cordis penetralia permeet, efficiatque ut voluntates ejus, & cognoscamus, & exequamur. Hoc intelligo verbum, quod ab Apostolis ad nos usque pervenit, quod terram universam ejus subiecit Legibus; Fidem in totum terrarum orbem diffudit, inanium Deorum cultum delevit, & perdidit quocumque Veri Dei cognitionem; hoc demique verbum, quod crebro quidem auditis, sed ex quo hodierna die parum proficiunt homines, ut minime veraciter asserere, in hoc fortasse Verbo Incarnato apertius contradici. Alii divinum hoc verbum contemnunt; alii oscitantur, & sine cura audiunt, & omnes fere resistent; ita ut quantumlibet per se sit efficax, sæpe tamen per nequitiam, ac desidiam nostram omni careat effectu. Vos igitur hortatus, Fideles, ad illud, ea, qua decet, reverentia, ac docilitate excipiendum ostendere volo;

Primo, quanti illud facere debeamus. Deinde, quem inde fructum debeamus percipere; quæ tota erit Sermonis hujus partitio.

Vide in Tomo IV. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: VERBUM DEI.

De creato verbo in ore Concionatorum dici potest, quod Verbum Incarnatum, quod erat æternum Verbum de se ipso dixit: Ego sum via, veritas, & vita. Primum; Dei Verbum est via salutis. Hoc nos docet, nos regit, & unum est ex administris, que instituit Deus, ut ad æternam perveniamus felicitatem. Secundo, veritas est; neque enim prædicatur, nisi quod nobis revelavit Deus, veritas ipsa. Tertio vita est; Per illam enim gratie vitam recipimus, & tuemur.

Desumptum ex locis istis.

Exit, qui seminat, seminare semen suum. Luc. 8.

II. ARGUM. De eodem Verbo Dei. Totus iste sermo redigi potest ad duplicem veritatem, vel duas propositiones, que contineant quiddam utriusque dici potest in hoc Argumento.

Prima est, Verbum quod prædicamus vere esse Dei verbum, cuius Dei Ministri sequentes sumus.

Altera est, verbum hoc dirigi ad homines, ut de officiis suis edoceantur; & postquam offensa fuerit verbi hujus vis, institutio, & virtus, inferenda sunt conclusiones utriusque partis propriæ.

pet

Non defuit aliis de ecclesiæ spirituali argumenta in Evangelio. Ferte IV. post quadragesimæ Dominicam.

Hoc argumentum aliter effertur. Joan. 14.

per quæ ex hoc statu emergere valeamus. Utriusque partis rationes ex eisdem Evangelii verbis mutuabimur.

Punctum Primum. Infelix status spiritualis cæcitatibus hinc verbis exhibetur: Cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Primum hæc cæcitas peccatorem cadem percussum imparem facit progrediendo in via salutis, & semitis justitiæ: claudis enim oculos luminibus gratiæ, que non nisi ægre illos valent illustrare, quod verbum illud indigitat, sedebat, qua in re peccator similis est Aegyptiis, quibus Deus horribiles immisit tenebras, in quibus nemo illorum movere se potuit de loco, ubi erant, cum ille ceciderunt. Peccator hoc modo cæcus terrena tantum cogitat, & hæret, quin ne pedem quidem Cælum versus proferat. 2. Cæcus Jerichuntinus secus viam non patebat solum temporum inclementiæ, sed præteritum, & cique illudere cupientium nequitia. Vera imago cæci peccatoris, qui omnium tentationum ludibrium, obnoxius est sævitiæ invisibilium inimicorum, qui in illum tanquam Samsonem æternum exercere possunt furorem suum, & severissimos effectus exonerare. 3. Hic idem cæcus Evangelicus ad extremam redactus erat inopiam, mendicans, quam ob rem stipem emendicare tenebatur. Quæ etiam est vivens imago peccatoris, qui in cæcitate supernaturalibus destitutus gratiæ, & illæ, quæ miserationibus titulo ipsi conceduntur, sunt infirma subsidia &c.

Punctum alterum. Hoc in statu licet deplorabili, desperandum tamen non est: non est abiicienda spes resurrectionis, & ecce quomodo cæcus noster Evangelicus illum recipere querit. Confugit ille primum ad Deum: Precibus Dei Filium fatigat: JESU FILII DAVID MISERE MEI. Oratio extremum est cæci peccatoris perfugium: Ad id nunquam illi deest gratia necessaria. 2. Sequitur duces suos, qui adduxerunt illum ad JESUM, & iussit eum adduci ad se. Admirabile secretum, quod voluit Deus homines docere, ut sequantur videlicet prudentis, & oculati directoris consilium; non solum ut illos de errore, & evagatione, in qua erant, educat, verum etiam, ut illos perducatur ad Deum, & in viam salutis restituant. 3. Et sequatur eum. Peccator hic oculorum acie donatus gratiæ fidelis esse debet; per grati animi sensum respondere debet insigni beneficio, quo cælitus affectus est, videns se ex adeo periculoso statu emeris.

Rationes, & verum copiam suppeditabit in Tomo I. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: CÆCITATIS.

JESU JESU JESU adduci ad se, & interrogavit illum dicens, quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam. Luc. 18.

II. ARGUM. Quid calamitosus accidere potest homini, quam oculorum acie privari, qui sunt graduum nostrorum duces, nostrarum cognitionum ministri, & faces, quarum ope omnia Mundi hujus mirabilia detegimus? Profecto si quid est in mundo miseratione dignum, est adspicere hominis tanto cæcitate bono, qui, ut Sanctus Vir Tobias affirmabat, nihil habet voluptatis in terra. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen Cæli non video? Quibus addere possem, hoc non tantum esse destituti plerique vite hujus commodis, verum etiam obnoxium esse cæcus omnibus vite eidem impendentibus. Quæ quantumvis miserrima sit calamitas, nobis tamen, Fideles, corporis cæcitate levem esse imaginem cæcitatibus spiritus, qua bona pars hominum percussa est per hos dies tenebrarum. Hoc enim nomine appello hos bacchanalium, ac intemperantem nequitia dies, de quibus dici potest, quod dicebat Filius Dei tempore Passionis suæ, hoc tempus esse, quo tenebrarum potestates in terris dominationem exercere, ac triumphare videntur. Nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum harum. Quæ enim gravior est cæcitas, quam videre vitium ubique agere triumphum? Ludi, alea, choreæ, convivia, & flagitiosissima quævis libidines palam gliſcunt, ac dominantur; ita ut moderatissimus quisque sibi licere hoc magis, quam alio quolibet tempore, insanire, putet, & ea facere, quæ extra tempus hoc aggredi pudor, & conscientia vetaret. Ad vos igitur attendens ab his nequissimis solatiis, quæ nonnulli summa esse possunt propter supplicia, quæ de Cælo detrahente consueverunt, fert animus oculos aperire vestros, ut intueamini periculum, cui se obijcit illi, qui se trahi linunt torrente adeo pernicitate consuetudinis. Idcirco vobis ostendere volo.

Primo hæc solatiolorum genera, quæ vix alio quovis tempore probari possunt, per hoc tenebrarum dies criminis carere non possent, propter periculum nosmet obijcendi iis flagitiis, quæ ipsi etiam damnamus, & quæ nunquam licita esse consueverunt.

Secundo, quia hæc flagitia, in quæ ruere tante facilitatis est, nunquam sunt, quam hoc tempore, nequiora. Quæ erit Sermonis partitio.

in Tomo IV. Bibliotheca Mor. Evang. consule Titulum: SOLATIÆ.

Houdry Biblioth. univers. Tom. postremus.

Eccc ascendimus Jerusalem, & ibi consumabuntur omnia, que scripta sunt de filio hominis; tradetur enim in gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & confuetur. Luc. 18.

Quare Ecclesia, quæ nunquam Myſterio caret, quocumque præcipiat, obijcit nobis ob oculos Passionem, & mortem Salvatoris hoc tempore, & hos lætitiæ, ac hilaritatis dies inter lucuosissimos anni dies numerare videtur. Nullus dubito, quominus statim animo vobis occurrant rationes plurimæ; dicit enim aliquis ipsam vel hoc intemperantiæ tempore efficere ex corpore Filii Dei vallum veluti quoddam ad inhibendum cursum criminum, quæ majori cum impetu videntur percurrere. Alius dicit fortasse inuere velle, peccatores mediis in Urbibus, oppidisque totidem extruere Salvatori cruci-atos Calvarios, quot sunt aula, convivia, & libidinum loci, ubi indignus excipitur, quam olim a Judæis Passionis tempore fuerit exceptus. Si enim scire vultis, illa fecerere studeat Fideles Dei servos ab aliis extollendo Crucis vexillum, ut sub hoc veros omnes Christianos tanquam exercitum colligat, opponendum Principi tenebrarum, qui videtur hoc tempore supremum imperium exercere: Nunc est hora vestra, & potestas tenebrarum harum: Fateor, hæc rationes, alique plures que possent afferri æquissimas, & verissimas esse; sed aliam hodierna luce vobis allaturus sum, quæ fortasse animum vestrum non subit, quam plures impugnant, & quæ probabilis non est omnibus placitura. Videlicet.

Primo peccatores hoc intemperantiæ tempore evertent, ut ita dicam, Crucem Salvatoris mundi, 1. quia illius fructum, virtutemque sibi inutilem faciunt, ex ea non proficentes. 2. quia vitam ducunt proflus oppositam passionibus Filii Dei, & sequuntur placita Crucis proflus contraria. 3. quia opus est, ut vitium quoddam modo de Cruce triumphet, & omnemque virtutem ejus exhauriat; quod occasione præbet Sancto Paulo amarissimis lacrymis eorum calamitatem prosequendi: Nunc autem est hora inimicis Crucis CHRISTI, quorum finis interitus, & gloria in confusione inferorum.

Secundo peccatores contra per impietatem Crucem Salvatoris extollunt, & calamitoso hoc tempore erigunt. 1. quia instaurant contumelias, quas ingerunt Salvatori, confuetur, flagellabitur etc. Peccata enim que committunt, totidem sunt Passionis ejusdem instrumenta. 2. quia majori cum cognitione causæ illum offendunt, quam Judæi, qui non ita distincte illum noverant. 3. quia hæc scelera modo inferuntur illi, cum gloriosus regnat in Cælo, ubi cum consumeliosus afficitur, quam cum Passionis suæ tempore afficeretur.

Argumentum hoc in Bibliotheca non invenitur; sed Concionatori relinquatur integrum temporis hujus flagitiis applicare, quod dicitur de peccato, quod inflamat mortem Filii Dei.

DE FLAGITIIS, QUÆ BACCHANALIORUM DIEBUS GRASSARI CONSUEVERUNT.

Noli esse in conviviis potatorum, nec in comestationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt. Proverb. 23.

SAPIENS illud monitum, quod Ecclesiasticus divino afflatus lumine, voluptuosus hominibus tradit, quorum negotium otium est, qui tempus in conviviis, & impudicitatis traducere querunt, nunquam magis necessarium est, & opportunius, quam hac tempestate, cui universalis ferme corruptio morum nomen Bacchanalium fecit.

Scio equidem esse multa, quæ conferunt plurimum flagitiis, quæ nunc patrantur: aleam, choreas, alique id genus solatiæ, quæ homines sui hoc potius, quam alio tempore licere putant, oblivionem inducere pietatis, Christianæ mortificationis, & omnes fere Religionis sensus jugulare, ut solatiis tantum, ac voluptatibus vacent. Fatibimini tamen vulgatissimam horum temporum noxam esse intemperantiam, & excessus, qui in hac re committuntur, esse vel causam, vel occasionem ceterorum. Itaque cum in comestationibus, comotationibusque intemperantia maxime sit extimescenda in jugibus conviviis, & hinc diebus oblectationum; credidi, postquam vobis ostendero ea pericula, quibus obnoxia est conscientia inter temporis hujus solatiæ, nihil me utilius facere posse, quam singula foris ad examen vocare, & hodierna die innotescere ab intemperantia, a qua pauci sibi cavent hoc tempore, quæ tam eo periculo propior est, quo convivia, quæ illi occasionem tribunt, semper fuerunt signum honestissime hilaritatis, & cum Scripturarum argumentis, tum Sanctorum virorum in Veteri Testamento exemplis probatissime. Verum cum sine hac cetera quæcumque solatiæ languere

lii. An Gou. De Bacchanalibus.

L. ARGUM. De vini, & cibi intemperantia.

videantur, & alioquin excessus illius sint flagitiosiores, quam vulgo existimantur, per vos mihi liceat citius occurrere malo, ac vobis ostendere necessitatem Confessio- nis, quod Spiritus Sanctus adstruit, & quod Sanctus Paulus sepe primis iteravit Fidelibus, ne illis interesse velit commellationibus, in quibus homines sibi glori- verunt eadem flagitia, quae illic patrantur. O ni- mium felices horum temporum Christiani, si ex adeo sapienti consilio profecerit; & quam me beatum puta- rem, si consequi possem, ut illud amplectereremini. Quod autem vobis ad evitandum intemperantiae vitium dictu- rum sum, a Tertulliano mutuabor; videlicet cum hac extiterit originalis peccati causa in primis parentibus, efficeret, ut quodammodo in singulis peccatum illud re- visitaret, & fiat, ut ita loquar, actuale ratione eorum, qui huic se mancipant vitio, quemadmodum se eidem populus Israel ingurgitabat; hoc enim laudatus Pater vobis exemplo ad sententiam suam comprobendam: *Primum populus primi hominis respulserat crimen*. Em- phaticum sapit hac loquendi ratio, & Auctoris sui redo- lectum ingenium; verum satis solida, & moralis mihi vi- detur ad sermonem instituentium, ubi vobis ostendam, intemperantiam alteram esse peccati originalis genus; vel potius vivam esse ejusdem imaginem per ea mala, quae gignit in anima, & corpore eorum qui servantur abdomini.

Primo in eo, quod hominem dejicit de gradu suae nobilitatis, eumque ad brutorum conditionem redigit, quae in hac re longe magis sunt nobis sobria, ac minus gula indulgentia.

Secundo, magis adhuc Christianum dedecet hominem, qui per hoc vitium dedecore afficit Religionem suam vitam ducens profusam paganam. Haec dux erunt sermonis hujus partes, & rationes propter quas debe- mus perhorrescere vitium, cui omnes hoc tempore sese ingurgitare videntur.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Moral. Evang. Titulum: **INTEMPERANTIAE.**

Risum reputavi errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Eccles. 2.

**II. ARGUM. De solatiis generatim, & de Bacchanalibus praefertim.**

Inter gravissimas, ac terribissimas plagas, quibus Deus olim Egyptum percussit, non extremum locum obtinere horrentes tenebrae, quae triduo regioni illi incubue- runt. Ita erant densae, ut palpabiles essent, & ita ob- scurae, ut Aegyptii mutuo cognoscere, neque de loco in locum movere se possent; denique tantus earum erat horror, ut Astra omnia in Eclipsium, & natura univer- sa in profundam noctem demersa videretur. Nonne di- ceres tres illos tenebrarum dies, qui senel tantum vixi- sunt, cum idololatris grassaretur, nunc quotannis re- videretur in Christianae Religionis umbilico? Quod enim nomen melius convenit diebus, quibus tantam Dei obli- vionem videmus, tantanque in plerisque hominibus cae- citatem? Quid ergo? Numquid necesse est, ut vitium suum habeat tempus; ut impietas suam habeat regnum? & ex plerorumque Christianorum cordibus timorem ju- dicatorum Altissimi extrudat?

Verum esse nihil in mundo permanere, & esse omnia in jugi vicissitudine; sed Daemonem una cum Filio Dei in pacem accedere; vitium, ac virtutem vicissim prodire, & sicut dicitur, & nos totum vitae nostrae tempus partiuntur, gratiam, & peccatum similiter anni tempestates partiri; hoc illud est quod sane intelligere nequeo. In duplici autem sermonis hujus parte vobis ostendere fert animus

Primo, Christiano nuntium mittendum esse solatiis omnibus profanis, mundanis, noxiis, ac periculosis. Hoc ille se facturum recepit per Baptismi professionem; hoc illi sua praescribit Conscientia, & Lex Christianissi- mi, quam amplexus est.

Secundo, sanctificanda illi esse solatia, quae neutra sunt, per rectam, quam habere debet intentionem, utens illis tanquam remediis, quibus indigeret, & consilio per illa novam acquirendi vim ad obtunda omnia sui status officia.

Vide in Tomo IV. Bibliotheca Mor. Evangel. Titulum: **SOLATIA.**

Ostendi etiam potest alia solatia, quantumvis honesta, ac licita sint, tamen esse regenda, & adhibendas esse regulas petitas a necessitate, convenientia, & cari- tate, quae tempus in illis infundendum debent coarctare.

Primo necessitas, quae legitur omnium princeps est, jubet post laborem, atque tumultum solatium aliquod adhiberi, non secus ac post erummas, & morbos; & devotio ipsa indifferetia haberetur, si recreationem hanc animo laboribus, vigiliisque collecto, & corpori infirmitatibus obuto negaret. Periculum in eo situm est, ne quis sibi blandiatur, & extra necessitatis terminos evagetur.

Secundo convenientia, quae lex est mundi ad urbani-

Hoc ipsum argum- tum ita al- ter effert potest.

ratem informati, jubet aliquid tribui ad honestum so- dalitatum solatium, in quibus aliquis officii causa re- peritur; sed servanda semper est in illa oblectatione convenientia.

Tertio Caritas etiam exerceri, & potest, & debet, admittendo, ne quis ledatur, & ut omnes adificetur.

Vide in Tomo IV. Bibliotheca Moral. Evang. Titulum: **SOLATIA.**

Cum solatia non sint nisi remedia adveniens ad homi- nes recreandos, tres hinc inferri possunt conclusiones, quae totidem sunt veluti regulae, ut illis optime utamur.

Harum prima est, solatia non esse appetenda propter se, sed quemadmodum pharmaca ad bonam duntaxat valetudinem adhibentur; ita & solatia ad corporis, mentisque vires adhibenda esse; ideoque ea quae ad id sunt aptiora, eligenda.

Alterca est, adhibenda esse magna cum mediocritate; pharmacis enim non utitur velut cibis, sed magna so- lum cum cautione, & ex mera necessitate.

Tertia, ea eligenda sunt quae sunt maxime innocua, videlicet minus violenta, ac minime periculosa. Sim- pliciter non omnibus promiscue solatiis indulgendum est, sed ea praeferenda, quae nos nequeunt dissipare, atque in vitium perducere.

Quid statis vana die otiosi? Matth. 20.

Si nosse vultis, Fideles, quae sit causa flagitiorum omnium hoc tempore, & quam plurimorum vita, quae damnabilis otiositas est, vitis omnibus viam pandens, & prohibens, ne vacent homines officiis vitae civilis; verbo dicam ludum esse sine modo, & ex animi potius libidine, quam solatii causa suscipiuntur; cui hoc tem- pore cupiditas potissimum, & hominum furor indulget. Sed cum de ludo loquor, non ideo ludos omnes genera- tim improbo, immo ne illum quidem singillatim, nisi quaedam accesserit circumstantia, quae vitiosum fiat, quemadmodum deinceps explicabimus, sed tantum ex- cessum, cupiditatem, effraenem ludendi libidinem, quae nunquam est innocens, quod re adhuc integra est con- siderandum. Quamobrem cum hac libido inordinata sit in fine quem sibi proponit, in tempore, quod infamit, & pecuniae vi, quam periculo obijcit, ita dico ludum in triplici hoc re corrigendum est, alioquin non solum nocuum est, verum etiam origo plurimorum criminum, & saepe causa corruptionis vitae totius.

Primo in fine corrigendum est, ita ut in eo non vo- luptas tantum quaeratur, vel lucrum, quae esset sexcen- torum malorum causa.

Secundo corrigendum est in pecunia, quae alex obijci- tur, summa, ne familia patiarur detrimentum, & ne prodigatur substantia in utiliorem usum infundenda.

Tertio temporis quoque iactura castiganda est, ne in negotium, & vitae occupationem transeat, ex qua oritur vita inutilis, ac desidiosa; quae singula in triplici ser- monis parte videbimus.

Vide in Tomo IV. Bibliotheca Moral. Evang. Titulum: **SOLATIA.**

Ostendere possumus etiam ludum ex eo esse solatio- rum genere, quae corrigi possunt. Verum est per abusum, qui hodierna die percrebuit, paucissimos esse, qui hac in re se intra iustos fines contineant; & longe facilis esse profus abstinere se, quom tam, quae oportet, servare mediocritatem. En tamen quatenam servandae sint leges, ne Deus ledatur, & ut innocens solatium habeatur. Primo quidem nemo sibi alex debet permittere. Hae vetita est legibus Civilibus, & Ecclesiasticis; inferius rationes, & auctoritates afferentur.

Secundo Ludus quantumvis honestus, ac licitus mi- grare non debet in quotidianam occupationem, neque nimium temporis spatium in illo esse infundendum. Ita illi, quibus ludatur alex pernox, cavere sibi debent, ne fur officiant conscientiae, & valetudini. His ut sola- tiis, idem est ac illis abuti contra finem, propterquem sunt instituta.

Tertio Alex obijcenda non est gravis auri, argenti- quae vis; Ludus non debet migrare in negotiationem, sed in animi refectionem, neque ludendum est, ut lu- crum, sed honesta animi remissio percipiatur. Num fas est sine probro alex obijcere familiae suae bona, ut libi- dini ludendi satisfiat?

Vide Titulum SOLATIA in Tomo IV. Bibliotheca Moral. Evang. ubi de ludo etiam sermo est.

Ostendere etiam possumus, Primo Ludum gravius esse malum, quam existimetur. Secundo licet nihil ibi mali esset praeter otium, & inutilitatem vitae, quae in ludo transigitur, hoc satis esse, ut iure damnetur, & ostendatur, quam longe hac vita abhorreat ab ea, quam ducere debet Christianus.

Pro parte priori enarranta sunt mala, quae ex alex proficiuntur. Primum ex ea propensione, quae homo fertur in ludum, cupiditas oritur, ex cupiditate habitus, ex habitu amor, qui aequo periculoso-

Vide Titulum SOLATIA in Tomo IV. Bibliotheca Moral. Evang. ubi de ludo etiam sermo est.

Ostendere etiam possumus, Primo Ludum gravius esse malum, quam existimetur. Secundo licet nihil ibi mali esset praeter otium, & inutilitatem vitae, quae in ludo transigitur, hoc satis esse, ut iure damnetur, & ostendatur, quam longe hac vita abhorreat ab ea, quam ducere debet Christianus.

Pro parte priori enarranta sunt mala, quae ex alex proficiuntur. Primum ex ea propensione, quae homo fertur in ludum, cupiditas oritur, ex cupiditate habitus, ex habitu amor, qui aequo periculoso-

Alter effert potest hoc ipsum argum- tum.

**III. ARGUM. De Ludo.**

Alter effert potest hoc ipsum argum- tum.

Item ff. 107.

sus est, ac amor terrenorum honorum, & voluptatum. Secundo ibi dominatur injustitia; itaque, ac dolus non deest, ac incidunt multa, quae restitutionis inferunt ob- ligationem. Tertio ludus occasionem aperit iracundiae, perjurio, blasphemiae, & contentioni. Quarto ratio reddenda est temporis, quod perit; & officio- rum, quae negliguntur. Quinto perit patrimonium, cum interea uxor plorat, gemunt filii, quibus negatur fortasse, quod illis necessarium est, ut crudelis parci- tas abradat argentum in alex sumptus impendendum. Sexto denique est familiarum calamitas, & malorum, quae subsequuntur, causa.

Pro parte altera liquet aleatorum vitam desdem esse, & otiosam; mortales id genus inutiles esse repu- blicae, Christianis nomine tenus, qui nullis, uti pat- est, Religionis officiis persurguntur.

Vide locum, quem superius memoravimus.

Probare possumus etiam ex ludis, aliisque solatiis multa esse periculo proxima, plura noxia, paucissima licita. Prima metuenda sunt; alia fugienda; tertia de- nique parcellim utenda. Hujusmodi in occasionibus quaeritur pietas, iustitia, & temperantia. Pietas, ne nosmet periculosos implicemus solatiis; Iustitia, ut noxia fugiamus; Temperantia, ut licitis sobrie, & citra alle- ctionem utamur.

Domine, ut videam. Luc. 18.

**IV. ARGUM. De Spectaculis, Co- medis, & Chacchi.**

In hebdomada hujus Evangelio, caecus pauper mun- di Salvatorem rogat: Fili David, sive Propheta sis, si- ve quem expectamus, Messias; sive tanquam Moyses alter prodigiorum faciendorum potestatem acceperis: ca- tibi obsecro tua misericordia dignissimum; miserum me mihi largire, quod natura vitam mihi tribuens ne- gavit, & quod negans omne mihi abstulit gaudium, quod haberi potest in terris. Aperi oculos meos, qui clausi luci, lacrymis tantum patefuit. Quandoquidem a me petis, quid a te mihi fieri velim, peto Domine, ut videam. Aequissima proculdubio hac erat petitio, Fideles, & si in vita nihil nobis carius est oculis, eo in statu ad quem hic pauper redactus erat, quid magis necessarium petere posset, non video. Domine, ut videam.

Verumtamen quantumcumque sit bonum, quod a na- tura accepimus per facultatem objecta videndi, quae no- bis in oculis incidunt; nescio utrum hoc tempore Chri- stiani profus oppositum petere debeant, an cum Sancto Propheta Rege potius deprecari: *Averte oculos meos, ne videam vanitatem*. Prohibe Deus, ne oculi hac vi- deant Spectacula, in quibus vanitas, pompa, magnifi- centia, & quidquid illecebrarum est in mundo, enite- scit. Quid enim hoc videtur tempore, nisi objecta fal- sentia, quae in nobis cient amorem vanitatis? Quod si mundi sectatores hoc potissimum tempore omnibus sen- sibus suis satisfaciunt per objecta, quae illorum propia sunt, dicere possumus, jucundissimum eorum solatium, & quod perditae quaerunt, esse Comediam, choreas, & alia Spectacula, quae saepe criminosa sunt, ac semper pe- riculosa; Spectacula Christianae Religionis spiritui oppo- sita, & professioni, quam solemniter elucimus, polli- citi nos mundi pompis, & oblectationibus esse abrenun- tiaturos; quandoquidem palam est sese illis iterum man- cipare, eos qui tanto cum ardore consecratur specta- cula publica, in quibus olim non deerat nota quaedam apostolicae Fidei, & Religionis; quemadmodum dilectissimus Salvianus testatur. *Est quaedam in spectaculis apostasus Fidei*.

Non ideo tamen eo usque nostra pervenit censura, ut asseram omnino Christianam professionem ejarare eum, qui Spectaculis interest, quibus Fideles non modicum Bacchanaliorum tempus impendunt; sed cum jam osten- derim quod accidant mala in aliis temporibus hujus ob- lectationibus, dicam, nonnullis criminosisimum, & aliis periculosisimum, & dignissimum esse lacrymis, quas fundit Ecclesia, & videre filios ejus ita caecos, ut vanae curiositati satisfacturi salutem suam periculo obijcant. Quamobrem non persequar ianes vitorum imagines, & si usus fuero verbis, ac sententiis Sanctorum Patrum ad improbanda Spectacula, quae hodierna die fieri consueverunt, hoc tunc accidit, cum Antiquorum fla- gitia erunt utrobique communia. Sed postquam ingenue confessus fuero nostrarum horum temporum Spectacula minus esse veteribus criminosa; non fatebor tamen ideo omni culpa vacare, & ostendam.

Primo, quaevisque adhibita fuerit cura ad scanda- lam auferendum, ut aliqua honestatis species servare- tur, tamen superesse adhuc labem, quae merito Con- cionatorum zelum exacuit, qui docent, non licere ci- tra noxam pluribus hujusmodi Spectaculis interesse.

Secundo, cum semper periculosum sit hominibus hac Spectare, arduum esse, ac valde difficile aliquem inde aequo innocenter, qualis illic accessit reverti. Quae tota erit Sermonis hujus partio.

Hodury Biblioth. univers. Tom. postremus.

Vide in Tomo IV. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: **SPECTACULA.**

Caecus quidam sedebat secus viam. Luc. 18.

Tristis flagitiorum aspectus, quae hoc potissimum tempore grassari consueverunt, me cogit, ut suggeram vobis rationem evitandi illa, & fugiendi pericula, quibus tot Christiani se obijciunt temere per hos dies adeo sanctos ipsi etiam temperatissimis, quos consuetudi- nis torrens pertrahit ad ea, quae alio quis minus fla- gitioso tempore vera esse peccata existimarent.

Si unquam Evangelica instituta mundi placitis fue- runt opposita; hoc proculdubio accidit in ea ratione, qua homines contra inimicos decertant. Mundus enim in hoc gloriam suam statuit, si prior illos aggrediatur, vel illos praetoleatur, & quarat occasionem virtutem suam ostentandi; cum e contra spectet fugam, tam- quam turpem infirmitatis, & inertiae notam, dum in- terea nos doceat Evangelium in praesio, quod Christianus jugiter gerere debet contra Mundum, & damo- nem; fugam non esse ignaviam, vel imbecillitatis no- tam, sed potius actum generositatis, & fortitudinis; ita ut maxima Christianissimi prudentia sit fugere occa- siones, ubi lapsus, & omnimoda clades inevitabilis no- bis videretur. Aperitissimae hujus oppositionis ratio est hoc ejusdem veritatis oraculum: *Qui amat periculum, Eccl. 3. peribit in illo*.

Verum equidem est hoc axioma non esse de casibus omnibus, omnibusque peccatorum generibus intelligen- dum. Neque enim desunt peccata quaedam, quibus re- pugnare licet, cujusmodi sunt ira, ultio, & Christianae generositatis actus est inimicum convenire, etque sin- cerea reconciliationis actus profiteri. Sed in flagitiis, quae circa voluptatem versantur, & in occasionibus, ubi nobis aequissima suppetit causa de nobis diffidendi, & vulgo etiam in plerisque peccatorum generibus, pruden- tia, vel ut alii docent, fortitudinis, virtutisque actus est fugam capessere, & peccandi occasiones evita- re. Quod probandum aggredior duabus rationibus, quae totam hujus sermonis partitionem continent.

Prior desumitur ex parte Dei, sine cuius ope inimi- cum superare non possumus.

Alter ex nobismetipsis, quibus utendum est omni- bus viribus, ut potentibus inimicis resistamus.

Ostendendum mihi est igitur: eum qui ultro se obijcit occasione, nihil expectare posse a Deo, cujus monita, & minas contemnit, quod in priori parte vi- debimus.

Secundo, temerario huic omnia a semet esse metuen- da, quia nunquam, nisi in hujusmodi occasionibus in- firmior invenitur.

Vide in Tomo III. Bibliotheca Mor. Evang. Titulum: **OCCASIO.**

**PRO EVANGELIO FERIE QUARTE CINERUM.**

Cum jejunitis, nolite fieri sicut hypocritas tristes. Matth. 6.

Quovis tempore, Christiani, jejunium ita com- mendatum fuit, ut tum veteris Legis Sanctis, cum Novae hac virtus optatissima fuerit; & pro- ut illorum Sanctitas crevit, eorum abstantia recentibus severitatis incrementis floruerit. Dicit etiam pos- set, secundum Tertulliani sententiam, abstinentiam, quam hic Pater *portionale jejunium* appellat, primam esse virtutem, quam Deus ab ipsis usque saeculorum primordiis ab homine exegit, tanquam primum San- ctitatis, & innocentiae tributum, primam legem quam Primis Parentibus irrogavit, & quam infringere non poterunt, quin interirent, atque in interitum om- nem progeniem secum raperent. Non solum de ab- stinentia, & hac jejunii portione; sed de ipso jeju- nio, quod hoc sanctitatis tempore praecipit Ecclesia, de hoc jejunio, quod alii vocant annum alimoniam, alii vitorum omnium medicinam, aliique vir- tutum omnium thesaurum; de hoc jejunio, quod tot ignavi reormidant Christiani, de hoc jejunio, quod tot pollunt aequo libertores bellum indixerunt, tam- quam libidinis omniumque corporum voluptatum in- imico: De hoc inquam jejunio vobis verba facere in- stitui, persuasurus, ut religiose observetis praecipit, quod hodierna die scdulus est, in quem longe plu- rimi illidunt, alii quidem nimis sibi blandientes, alii vero id, quod salutaris medium est, sibi in damnationem, & lapsus occasionem vertentes. Hoc, iterum.

**V. ARGUM. Quomodo Christiani sepe gerere debeant tempore Bacchanaliorum.**

**I. ARGUM. De jejunio, & quo iure institutum sit. Tertullianus l. i. de jejunio.**



aderunt, & hypocritam fugeremus, decebat, ut praescriberet nobis bona opera, quae faceremus; quod praestaret praecipiens eleemosynam, & open ferre proximo laboranti, cavens tamen ne vanitatis causa illam faceremus, & ne ideo laudem mortalium acciperemus. Urigitur munere hoc, quod maxime necessitas est, atque aequitatis, perlingantur, illud tribus initiis caritatis officiis docebo, quibus tamquam totidem urgentissimis causis tenemur. Primum quidem caritati, quam debemus proximo, & quae palam nobis imperatur. Secundo caritati, quam debemus Deo, qui in pauperis persona hanc a nobis petit eleemosynam. Tertio denique caritati, quam nobismet ipsis debemus; quia facientes eleemosynam in bonis cum labimur; quae tres erunt sermonis partes. Ad in Tomo II. Bibliothecae Mor. Evang. Titulum: ELEMOSYNA.

PRO PRIMA QUADRAGESIMAE DOMINICA.

Ductus est Jesus in desertum. a Spiritu, ut tentaretur a Diabolo. Matth. 4.

Uitandum non est, Fideles, potissimum causam, quae Dei Filium adigit, ut Daemoni permitteret, ut ab eo tentaretur, hanc fuisse, videlicet, ut ab eo discerent homines modum superandi tentationes, atque ut se illis exemplum proponeret ejus exercitationis, quae totum vitae nostrae spatium occupat. Nisi Christus tentaretur, Sanctus Augustinus inquit, ubi tentanda magisterium vincendi non haberet. Noverat ille in bellicis rebus Ducis Exemplum reliquis rebus praestare, & nullare militem melius inflammari, quam si dux exemplum praestet, & primum cum hoste conferat manum. Hanc ob causam Saluator voluit, omnibus notas esse omnes tentationis hujus circumstantias, & omnes artes, quibus utitur ad fallendum inimicum. Dignatus quidem est per omnia deduci pericula, quemadmodum Sanctus Paulus testatur, tentatus per omnia, ut consuevitque generis illa sint, illis resistere adcaamus. Ut verbo me expediam, cum hoc passum accidit in vita, nihil accuratius docere nos voluit haec infinita Sapientia, quam sufficere tentationes, in hodierno Evangelio. Verum, ut hoc argumentum sit, quam fieri potest, utilis, accideret videtur in hoc certamine, in quo semper manus nobis conferenda sunt cum Saluatoris nostrae inimico, quod in ceteris, in quibus tria personarum genera discernuntur, quae ratione semet gerere oporteat. Primi sunt temerarii, qui caece in periculum ruunt intereundi. Alii sunt imprudentes, nullaque experientia praediti, qui bellicae artis ignari incidunt in laqueos veterissimi adversarii, qui imparatos aggreditur, eosque facillime vincit. Tertii denique sunt ignavi, qui arma abijciunt, & se victos sine certamine, & praedio dedunt. Ad haec tria personarum genera possunt referri illi omnes, qui in tentationibus superantur; & tria haec pugnantium genera admonenda sunt, ne vincantur in bello hoc, in quo subimus discrimen in aeternum pereundi. Nobis igitur persuasum esse oportet extremae necessitatis esse cognoscere; Primo non deesse temerarios homines, sibi quae praesident, qui periculum quaerunt, eique se obijciunt; hos decubimus fugam tentationem, & Christianam vigilantiam praecipuam esse prudentiam, maximamque Christiani hominis generositatem. Secundo non deesse homines qui propter experientiam defectum in periculo versantur a veterissimo adversario, & hoste communi in errorem inducendi; quibus aperte conabimur fraudes, ac dolos, quibus ille in tentationibus utitur, ut inherentes exemplo Filii Dei sibi diligentissime caveant. Tertio denique non deesse ignavos, qui non audent furenti, qui illos adhibet, resistere inimico; & hos confirmare curabimus Exemplo Salvatoris docentis quam virtute illi resistere debeant. Hac tota est Sermonis hujus partitio.

Non deest larga dicendi copia consulenti Tomum Bibliothecae nostrae Quartum, Titulo: TENTATIONES. Ductus est Jesus in desertum. Matth. 4.

Tale est, Fideles, exemplar, quod Filii suis proponit Ecclesia per hos penitentiae, salutisque dies, quos sumus interisti. Nequaquam satis esse putat videre illos ad Sacerdotum pedes provolutos peccata sua lacrymis eluere, sed ab illis exigit dignos fructus penitentiae.

Hoc consilio illos in desertum adducit, ut ex illius exemplo, qui nunquam peccavit, fieri veri penitentes doceantur. Vobis ergo dicere possum de Salvatore id quod Saluator ipse Judaeis dicebat, qui secus Jordanis oram viderat Joannem Baptistam. Quis exiit in desertum videre? Ibi ne vidisset illum, qui subierat pondus peccatorum mundi, eadem exacerat in animo, contentum mollem vitam quiete traducere! An vero vidisset illum in solitudine recessisse, & quadraginta dierum spatio intentum expians per jejunium, & lacrymas, peccatis, quae suis passionibus, & sanguine delictorum erat? Assequamur ergo, Fideles, mentem Jesu Christi, & Ecclesiae. Ne putemus satis esse edisse peccatum, & illud facere dolore profecti, quin per austeram, ac penitentis vitae actus illud expiare adiuvamur. Quae igitur duo ista cogitamus.

Primum, Cordis Penitentiam semper esse debere cum vitae austeritate, & penitentis severitate conjungam. Alterum, vitam austeram, ac penitentem fieri suavem per cordis penitentiam, quae illi comes accedit. Rerum copia hinc Argumento applicata occurrit adveni Tomum II. Bibliothecae Mor. Evang. Titulo: PENITENTIA.

Ductus est Jesus in desertum. Matth. 4.

Nullus scio, in inter omnia Filii Dei facta alterum inveniri posse Mytheris uberior, simulque ad nos crudendos utilis hac illius in Desertum secessione, ubi salutem hominum incipit aperiri, illos cum Patre suo conciliare, nobisque exemplo suo ostendere viam tutissimam inveniendi Deum, eique cum omni puritate sententiam. Exemplum hoc completissimum meae quidem sententiae universam Christianam ritae disciplinam, eamque ad unum redigit patrem, cuius fructus, si illius periculum scire volumus, erit nos quoque cum Salvatore in desertum adducere, & hoc pacto nos super creata omnia atollere, ut Deum inveniamus, quem alibi non ita facile possumus invenire, nisi in recessu, & solitudine, ut cum eo colloquamur, eumque audiamus, ut meditemur Legem ipsius, & veritates, quas Prophetae in nomine eius nuntiaverunt nobis; & tandem, ut in antecessum ea persuamur felicitate, quam in Caelo tandem speramus nos consecuturos fore. In recessu, & solitudine omnia haec bona inveniuntur; in vita haec a Mundi commercio semota commodius aeternis veritatibus animum adungere licet, & vacare huic uni negotio. Ecce, Fideles, quorum vororum summa est Deo cum securitate, & sinceritate servire: Ecce facillimam, tutissimamque id obtinendi rationem. Egre dimidi de Babylone; fugite confusionem, atque tumultum; identidem per intervalla vosmet recipite, si minus omnino secedere debet. Saeculi impeditissima fugite, & ibi certissime Deum invenietis. Verum enim vero cum nonnulli per gratiam licet invenire, & possidere Deum; hoc in sermone fert animus vobis ostendere; Primo in Solitudine, ac secessu hanc recipi gratiam, quae passim amittitur in Mundi commercio. Secundo, ibi quoque facillime conservari; quia absunt occasiones, pericula, & tentationes, quae obviam alibi occurrunt; ideoque cessant lapsus illi funesti, qui in Saeculo nimium esse crebro videntur.

Consule ad hoc argumentum Tom. IV. Bibliothecae Mor. Evang. Titulo: SOLITUDO.

PRO FERIA SECUNDA POST PRIMAM QUADRAGESIMAE DOMINICAM.

Tunc videbunt filium hominis, venientem in nube cum potentate magna, & majestate. Lucae 21.

Veritas est, de qua Omnibus Fidelibus persuasum esse debet, Misericordiam, & Justitiam Dei vicissim diem suum habituras, & sicuti altera quidem seculo prodidit omni vitae nostrae tempore, alteram quoque aliquando tuiumphanturam, cum Filium hominis secundo descendit cum majestate, potestate, omnique Supremi Judicis apparatur. Tamen verum est dicere, Dei Misericordiam semper praestitisse Justitiae ipsius, non secus ac reliquis ipsius perfectionibus; Hanc primam obtinuisse, & ratione habita, nostri, fuisse quamdam naturam ejus juxta Ecclesiae ipsius sensum: Cujus natura bonitas, hoc est, principium motuum omnium bonitatum, omnium-

PRO FERIA TERTIA POST PRIMAM QUADRAGESIMAE DOMINICAM.

Intrauit Jesus in templum Dei, & ejecit eam omnes vendentes, & ementes in Templo. Matth. 21.

IMMODESTIA, atque irreverentia in Templis scelus est opinione majus. Hoc est non adhibere cultum divinae Majestati; hoc est, Deum domi suae officere contumelia, hoc est illum dedecore eodem in loco, ubi a nobis honorem sibi flagitat adhiberi. Tria enim objecta nobis honorem solum oblectatur sunt Tempora Nonni quibus Deus potissimum oblectatur sunt Tempora Nonni ejus dicata; Mytheria, quae in illius honorem celebrantur, & anima, quae illum accendit sacrificandae. Deus autem zelotypus est Sanctitatis domus suae, cultus, qui suis debetur Mytheris, & Sanctificationis fidelium animarum. Hinc fert animus ostendere vobis Deum impiorum irreverentia in Ecclesiis dedecore affici triplici in re, quibus nihil antiquius est illi.

1. Dedecorat Sanctitatem loci, quem sibi inhabitandum elegit. 2. Violat reverentiam debitam magnitudini Mytheriorum, quae ibi celebrantur. 3. Obicem statuat fidelium animarum Sanctificationi. In To. IV. Bibliothecae Mor. Evang. videri potest Titulus: TEMPLA. Hoc ipsum argumentum pertractabitur in Evangelium Feria II. post IV. Quadragesimae Dominicae.

Comus mea Domus Orationis vocabitur. Matth. 21.

Ut haec veritas innotescat, considerandum est Primo Tempa nostra esse locum, quem sibi elegit Deus ut a creaturis honor, & gloria sibi deferatur, & passim esse locum, ubi a Christianis plerisque afficitur contumelia, per eas profanationes, quae ibi committuntur.

Secundo hunc esse locum ubi plures recipimus gratias, & beneficia ab hoc liberali, & Magnifico Deo, qui ea solet elargiri penitentibus; & simul locum esse ubi homines maximam illi restantur ingratitude per repulsam, & abusum eorum.

Tertio hunc locum esse, ubi Deus apertissima nobis tribuit specimina sui amoris, ac benevolentiae; simulque locum esse, ubi a cultoribus suis contumelias crudelissime afficitur, & impune contumaciter propter peccata, quae ibi patrantur. Ex Alato Superiori Bibliothecae Tomo IV. Quadragesimae Dominicae. Titulo: TEMPLA.

Videntes autem principes Sacerdotum, & Scriba mirabilia, quae fecit etc. Matth. 21.

Mirum est sane, Auditores, Miracula, & prodigia, quae Dei Filius, dum mortalem viveret vitam, ad perducendos homines ad cultum Dei, & probandum Militem ac Divinitatem suam, tantum abusu, ut illos converteret, ut immo nonnullis tantum et plebe in sui sequela illectis, Principes Synagoga magis magisque callum induxerint, & semper contemptum, & indignationem auxerint contra tot prodigiorum Auditorum. Verum quomodo cum se habeat res, constat miracula ejus generatim considerata, quin ratio habeatur peculiarium bonorum, quibus cumulati fuerunt illi, in quorum gratiam illa operatus est, esse in semet publica beneficia, sine quibus aliae ipsius actiones, quae magis immediate profuerunt hominum saluti, inutilis fuissent futurae; quoniam aliquando Mundus nunquam cognitus erat quinam esset, neque legem, & Religionem illius amplexurus. Hinc merito interit, miracula tum quae operatus est, dum viveret; tum quae deinceps in nomine ipsius patrata fuerunt; esse non solum validissimum veritatis fidei nostrae argumentum, quae per illa tantum constituta sunt, verum esse primam, praecipuamque probationem, ad quam tandem confutandam est, cum ad examen revocantur rationes, quibus adducti credimus Mytheria adeo incomprehensibilia, & doctrinam corruptae naturae adeo contrariam. Hic igitur agitur, ut Auditoribus meis persuadeam non deesse in Christiana Religione vera miracula; neminem esse sensatum virum, qui illa in controversiam valeat arcessere; & praeterea Mytheria esse certissimum esse argumentum veritatis Religionis nostrae, & salutaris ceterarum. Animus igitur est ostendendi Primo constantem veritatem miraculorum, quae in Christiana Religione contigerunt; eaque negari non posse citra terribilem pertinaciam, & quin falli nomine insimuletur, quidquid in mundo probatissimum est.

Secundo veritatem hujus Religionis probatam per certitudinem miraculorum.

Ad Argumentum hoc pertractandum adendum est Titulus: FIDES in To. II. Bibliothecae Mor. Evang. Videntes autem principes Sacerdotum, & Scriba mirabilia, quae fecit etc. Matth. 21.

omniumque actionum ejus ab extra. Ita ut, Tertullianus inquit, ille potius passus fuerit, ab hominum temeritate effentia suae veritatem impugnavi, quam bonitatem; & sibi Dei titulum potius in controversiam vocaverit, multitudineque, & enormitate scelus nostrorum perferendo, quam Misericordiam nomen, eadem puniendo. Sed aliquando tandem agendi rationem mutabit, & mutet naturam; Justitia illius invicem prevalebit, & magna illa die cum omni severitate sua dominabitur, & vicissim ager triumphum.

Primo quidem de hominum nequicia, & improbitate. Secundo de sua bonitate, cujus cum regnum excesserit, locus fiet ira, & ultioni. Pro hoc argumento occurret larga dicendi supellex in Tom. II. Bibliothecae Moralis Evangel. Titulo: JUDICIUM EXTREMUM, ET GENERALE.

Venite benedicti Patris mei; possidete paratum vobis Regnum a constitutione mundi. Matth. 25.

II. Credo, Auditores lectissimi, plerisque fideles toties audiendo verba sibi fieri de novissimo Judicii severitate sibi persuasisse Bonitatem, & Misericordiam Dei ad hanc tantummodo vitam pertinere, in alteram autem vitam divinae Justitiae severitatem reservari. Quod aliquo in sensu verum est; Deus enim facillime ad lenitatem flexitur; qui tunc cum vitae hujus per breve spatium excesserit, nunquam voluntatem suam erga nos mutabit, neque eam revocaturus est sententiam, quam semel tulit contra nos. Sed in alio quolibet sensu haec fallax est cogitatio; quandoquidem in altera vita potissimum illius fulgebunt Misericordia in Justorum corona, quemadmodum in impiorum punitione ejusdem residet Justitia. Quapropter ajo, magnum illum diem, qui dies Domini vocatur, futurum quoque diem Justorum, qui sanctam duxerint vitam; diem videlicet triumphum ipsorum, gloriaeque eorum theatrum, in quo illorum merita patebunt omnibus, probabitur innocentia, & praerale gesta coram Caelo, terraque universa coronabuntur.

Sed ut innotescat, quae in hoc gaudium, atque hic triumphus, qui bonorum consolationem constitutus est, ponendus sit; animadverto in Scripturis duo inveniri, quae ardentissime desiderant homines, & quae Deus nihilominus sibi unice reservavit: voluit enim, ut Sanctissimus, & Justissimus quoque in hac vita illis abrenunciaret; gloriam videlicet, & ultionem; de quarum altera Propheta loquitur: Gloriam meam alteri non dabo; de altera vero loquens Apostolus, inquit; mihi vindicta, & ego retribuam. Haec autem duo, quae Deus sibi in hoc Mundo reservat, Juxta communicaturus est magna illa die universis Judicii: nam Primo pro gloria, qui abrenunciaverunt, hanc cum seniore illis retribuendam curabit ab omnibus quoque a saeculo originis vixerunt: Tunc laus erit unicuique a Deo. Secundo ultio, quam exercere explicito vetabuntur, tunc illis licebit, omnibusque illis fructibus praeferunt, videntes inimicos sub pedibus prostratos, facti iudices, arbitrique fortis eorum. Hoc Regius Propheta nobis pollicetur, ad faciendam vindictam in nationibus. Gloria hinc est omnibus Sanctis ejus.

Ecce, Fideles illa duo, quae consequent gaudium, & felicitatem Justorum die illa terroret, & luctus, ceteris in summa dejectione, ac rerum omnium desperatione perterritis. Gloriam invenient, quae caruerunt, vel quam in Mando fugerunt; & justae ultionis, quam abrenunciaverunt, voluptate inebriabuntur.

Ad hoc pertractandum argumentum vide in To. II. Bibliothecae Mor. Evang. Titulum: JUDICIUM EXTREMUM.

Cam venerit Filius hominis in Majestate sua, & omnes Angeli cum eo; tunc sedebit super sedem Majestatis suae; & congregabuntur ante eum omnes gentes. Matth. 25.

Cum magna haec novissimi Judicii dies in Scripturis dies Domini, dies ultionum vocetur, pro argumento, & sermonis partitio desumi possunt duae qualitates, quas Dei Filius tunc induet longissime diversas ab illis, quas in primo suo Adventu praesulit.

Primo in locum Tituli Salvatoris, illum Judicis ostentabit; sed erit Judex admodum perspicax, qui ad examen vocaturus est singillatim omnes cogitationes nostras, actiones, officia, omissiones; & qui est secundum Evangelii Canones fuit Judicium compositorum. Judex diligens, & severus, qui singula summa cum severitate persequetur. Judex integerrimus, inflexibilis, inexorabilis. Secundo in locum Tituli Mediatoris hominum fiet vindex; de cujus ultionis ipsius, & gravitate tot scelorum, quorum ultionem, digne Deo, reposeat.

Ad hoc replendum Argumentum consule in To. II. Bibliothecae Mor. Evang. Titulum: JUDICIUM NOVISSIMUM.

III. ARGUM. Pro eodem die. Quam terribile Judicium hoc sit futurum.

ARGUM. De irreverentia quae in Templis adhibetur.

ARGUM. Pro eodem die de reverentia Templi debita.

Hoc ipsum Argumentum pertractabitur in Evangelium Feria I. post 4. Quadragesimae Dominicae.

ARGUM. Pro eodem die. Miracula validissima esse nostrae Religionis Argumentum.

Videntes autem Principes Sacerdotum, & Scribae mirabilia, quae facta, & pueras clamantes in Templo, indignati sunt, & dicebant ei, audi, quia isti dicunt. Matth. 21.

IV. ARGUM. De invidia.

Ex omnibus vitis unicuique est invidia, cuius obiectum sit bonum; quoniam persequitur virtutes, & praclaras egregie virti alicuius dotes, ut illis officiat, vel labem aliquam offundat, quod videmus in Evangelio factum a Scribis, & principibus Sacerdotum. Cum Mundi Salvator aliquando Ierosolymam ingrederetur, civitas tota commota, ac turbata fuit videns prodigia quae operabatur, & quae alliciebant in sequelam sui insignem populi multitudinem clara voce clamantis illum magnum esse Prophetam, incipientem dare specimen Missionis suae in urbe Iudaea Metropoli. Miracula, quae omnibus patebant civium oculis, confirmabantur populi plausu; & Deus, qui ex ore infantium, & lactentium promit gloriam suam, passus est, ut Templum his laetitiae clamoribus perficeretur. Sed crudelis invidia, qua Scribae, & Principes illi Sacerdotum rumpebantur contra Dei filium, modicum hunc gloriae plantum in ore puerorum sustinere non valuit: id se aere ferre testati sunt, eumque impellere ausi sunt, ut plaudentibus silentium indiceret, & jugularet clamorem hunc, qui illis ingratis accidebat, quia erat veluti fulgor praeciae laudis, in eorum probrum cedentis. Verum eadem responsonem divini huius hominis os obstruxit invidentium gloriae nominis eius; verumtamen non sedavit eorum invidiam, quae silentio rexit virus suum; ita ut exinde cogitaverit eum capere, ut illius Sanguine dolorem extinguerent, quem illis virtus, & hominis existimatio afferebat.

Non sine causa Doctores quarunt quodnam proprie peccati genus sit invidia, & sub quo genere visum sit recensendum; nam sicuti nemo peccatum propter peccatum ipsum committit, sed semper propter aliquant boni speciem, quam vel sperat, vel quare: necesse est, hominem ferri ad Dei legem infringendam vel terenti alicuius commodi intuitu, vel sensibilem voluptatum silicebra, vel Mandati alicuius honoris, quo captus est, utroque, ejusque desiderio. Tria enim duntaxat sunt bonorum sensibilibus genera, ad quae cetera ex dilecti Dilecti sententia referenda sunt. Sed ex parte alia invidiosus, qui ex virtute, vel proximi felicitate concipitur, qui re ipsa invidiam creat, quodnam bonum accideret potest invidenti? Quam voluptatem percipere potest; haec enim illum torquet invidia, ejusque lancinat peccordia? Quam inde sperare potest honorem? quandoquidem superbo, & dedecus ita semper huic vitio inhæret videtur, ut illud nemo audeat confiteri? Ideoque videtur non fuisse in numero victorum hominum comprehendenda, cum non sit peccatum hominis proprium, sed demonis illam suadentis, quam cum ipse in Caelo conceperit, ad eam illam retinet in inferno: Ividia diabolicum vitium, quo solo diabolus est, inquit Sanctus Augustinus. Hinc fert animus vobis ostendere in hoc sermone.

Primo quanta sit Invidiae deformitas, ut scelus humilium perhorrescat. Secundo quoniam sit ejusdem effectus, ut illam fugere contendatis. Videre in Tomo II. Bibliotheca Morali. Evangel. Titulum: INVIDIA.

PRO FERIA QUARTA POST PRIMAM QUADRAGESIMAE DOMINICAM.

Generatio mala, & adultera signum queris; & signum non dabitur ei. Matth. 22.

I. ARGUM. De ingratitude & ingratis.

LIBERTINORUM, Incredulorum, Impiorumque mos est nolle fidem habere nisi iis, quae sub oculis cadunt; rejicere quicquid illis non sapit, quamvis authenticum sit; & velle, ut ipsa etiam Religionis Mysteria aequae sint sensibus subiecta, ac ea quae crassiora sunt, & oculis usurpantur. Ecce quid Filius Dei in hodierno Evangelio in legis antiquae incredulis reprehendat, in his videlicet sapientibus Doctoribus, qui nolentes credere, quae ipsi viderant, & audierant de prodigiis Salvatoris, semper nova signa querebant; quamobrem illos pravam, adulteramque generationem appellat, eorumque duritiam exprobrat exemplo Reginae Saba, quae nullum licet signum accepisset a Salomone, illius tamen Sapientiam esse admirata, & cupit semper in ejus conspectu versari, ut eum audiret, & ex admirabilibus Sermonibus ejus profiteretur. Hoc mihi, Auditores, anam praebeo vobis verba facienda de malis principibus, quibus imitantur increduli, impii, & aequo libertiores;

verbo, quicumque se spiritus fortes jactant; neque aliam habent religionem nisi propriam sensum, quod ex duplici causa profecti puto.

Primo quidem ex presumptione spiritus, qui cupit affequi, quod simpliciter per subjectam fidem credendum est.

Deinde vero ex cordis corruptione, quod vitas dare manus non potest iis veritatibus, quae a vite ipsorum nequitia dissentiant.

Supplex ad Argumentum hoc retractandum perit potest ex Tomo II. Bibliotheca Mor. Evang. Titulo: FIDES.

Cum immundus spiritus exterit ab homine, ambulat per loca arida, quarens requiem, & non invenit. Matth. 12.

Olim maxima, infirmisque caritatis praeconum Gentium effectus erat fingere sibi Deos iidem vitis obnoxios, quibus homines erant inquinati, & quorum exemplis minime abstergeri poterant, quoniam iidem se se ingurgitarent. Sed hodierna die in Religione nostra constans est veritas Biblicae firmatae monumentis, & Patrum omnium consensu probata, singula vitia sunt habere demonem, qui ad ea impellit homines, quod unum fati esse debet, ut illa perhorresceremus. Hac mente hodiernum Evangelium impurum nobis exhibet demonem, qui mortalibus turpissimum scelus omnium suadet; quandoquidem illud, ne ex nomine quidem audeat appellare. Dei Filius illis nobis addit hypocrisim, cum ait, hunc impudicium demonem, qui in hominibus dominatur, ut celet furorem, quo agitur, inquietam curam, & dedecus, quarens loca temota, & parere miseram vastitatem eo in loco, in quem ingressus est. Sed huic impunitatis demoni satis non est miser ferre in hac vita illos, quos vicit, & quibus corde ei resistendi; illos enim in manifestum adducit discrimen damnationis aeternae per enormitatem flagitiorum, in quae illos deturbat, & per caritatem, & per contemptum rerum caelestium, quae illis suadet. Duplex huius infelicitatis, quam turpissimum haec concupiscentia trahit post se, hodierna die latagant in vobis horrorem cetero. Vobis ergo ostendere aggredior.

Primo impudicum, qui obnoctas tantum voluptates consecratur, in quibus vite huius felicitatem consistit, statim suam invenit infelicitatem in affectum suorum tumultu, dedecore, & amritudine quam ibi nascitur.

Secundo impudicum aeternam sibi damnationem conficere, quoniam haec certissima nota est, & character quo nullum reprobatum suae habere potest characterem apertiore.

In Tomo II. Bibliotheca Morali. Evangel. admodum est Titulus: IMPUDICITIA.

Viri Niniivite surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Matth. 22.

Dei Filius in eodem Evangelio iure exprobrat Scribis, & Pharisaeis incredibilem cordis eorum duritiam, ostendens illis exemplo Niniivitarum, qui ad unam Jonae Prophetiae predicationem se se converterunt, & Reginae Saba, quae simplicibus verbis Salomonis cessit; illos potius credere debuisset in se, suisque verbis credere; quandoquidem ille fortius suam probaverat Missionem, & Divinitatem majorem cum prodigiorum numero, quae illis inspectantibus fecerat, testatus, extremi gaudii die populam hunc, & Regiam Saba resurrecturos adversus eos, ejusque amarissimis probis duritiam, & incredulitatem exprobraturos. Hac Salvatoris verba ad evidentiam nobis probant funestum periculum, cui se se obiectant, quicumque resistunt gratis Dei, casque rejiciunt: tamen hoc malum adeo usitatum est, ac familiare, ut satis nequeat deplorari... quod me impellit, ut apertius, quam fieri possit, terribilia, quae subsequenter mala, vobis enarrem, quod exequar ostendendo;

Primo gratiam a peccatore rejectam recipere mereri, ut illum abiciat Deus pena aequissima; primum enim, quod, qui beneficium recusat, meretur eodem fraudari.

Secundo gratiam contemptam ex parte Dei fontem esse infelicitatum omnium, & reprobatum in peccatore; haec enim parit illis excruciatum, & obdurationem in peccato.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Morali. Evangel. Titulum: GRATIA.

II. ARGUM. Pro eadem die. De impietate.

De impietate. Pro eadem die. De impietate.

PRO FERIA QUINTA POST PRIMAM QUADRAGESIMAE DOMINICAM.

O mulier! Magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Matth. 15.

I. ARGUM. De virtute orationis in exemplo mulieris Cananae. Sermo eius habetur de hoc argumento in Evangelio Dominice Quarta post Pascha. In Hic. Elia. Matth. 15.

VERITATE, & cumulatus Elogium, quod SS. Patres fuit procul dubio illum omnipotentem vocare; nullis enim sanibus circumscripta est virtus illius, & in Caelo aequae, ac in terra se extendit, quin ulla Creatura, & ipse Creator valeat adversari. Quamobrem Theodoretus inquit: Omnipotens Oratio, cum sit una, cum omnia potest; Oratio licet una sit, tamen obtinet omnia; quoniam virtus illius non est alia, nisi virtus ipsius Dei, quae in Orationem migrare videtur. Hoc hodierno docerem Evangelio: nam haec mulier efficit, ut virtus, & simitas sua in opere susceperit refuseque, & qua clamoribus, quae precibus sua mundi Salvatoris impetret, quidquid desiderat. O mulier! Magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis, Dei Filius illi respondit; Va, & scias, quod tibi loquor momento, filia tua pro qua me rogasti, convaluit. Ne igitur longius quaramus artem orandi adeo utilem & admirabilem; ne alium quaramus Magistrum a quo eximiam hanc Rhetoricam edocuerim, quae perfusa det, & cogit quodammodo ipsum Deum; etenim in hac muliercula Cananae suppedit nobis exemplum adeo manifestum virtutis, & efficitur Orationis, de qua toties verba facit Jesus Christus in Evangelio. Fretus haec fides nos a Deo consecratur, quidquid ab illo petierimus, adeo hoc vobis hodie testari ostendendo.

Primo causam omnium malorum nostrorum profecti inde, quae non satis nobis persuasum est de certitudine medicinae, quam Deus nobis in oratione reliquit.

Secundo unde fiat, quod non semper nobis sit efficax; ubi affirmat conditiones, quae illam concomitari debent, ut citra dubitationem effectum illius consequamur.

Videndum est in Tomo II. Bibliotheca Morali. Evangel. Titulus: ORATIO.

O mulier! Magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Matth. 15.

II. ARGUM. Pro eadem die. De eadem oratione, ad exemplum Cananae.

Ut oremus ad exemplum Cananae, videlicet, bene oremus, tria nobis cavenda sunt, sine quibus preces nostrae Deo acceptae esse non possunt; & merendum est, ut repulsum feramus.

Primo quoniam ille sit, cui preces fundimus, & ad quem confugimus gratiam aliquam consecratur; Deus est, Suprema Majestas, quae nos audire dignatur; ideoque nosmet illi presentare debemus cum reverentia, & humilitate, non sine significatione infelicitatis nostrae, extremaeque egestatis.

Secundo, quid ab illo petendum sit nobis. Ille haec omnia nobis praescripsit in Dominicali oratione; ea videlicet quae ad ejus gloriam referuntur, ad salutem nostram, vel proximi.

Tertio, quomodo petendum sit? Videlicet cum confidentia, fervore, resignatione, & potissimum cum perseverantia.

Videri potest in Tomo III. Titulus: ORATIO.

O mulier! Magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis. Matth. 15.

III. ARGUM. Pro eadem die. Item de eadem oratione, ad exemplum Cananae.

Quae tria homines absterere solent, cum eos deprecamur, ut aliquam nobis gratiam tribuant; ipsa eadem impellunt Deum, ut nobis postulata concedat; immo ipse requirit illa tanquam necessarias conditiones in Oratione.

Primum est, cum petitiones modum excedant; cum ab illis ea petimus, quae sunt supra eorum vires, captum & facultatem posita: Jure enim postulata repellunt, ac fastidiant. Hoc autem dici non potest de Deo; immo contra illum est ad iracundiam provocare, petere modica, & nugae, cuiusmodi sunt temporalia bona, saltem quaedam; sed abs se peti vult digna se, gratias, aeternam felicitatem, Caeli divitias, denique ipsius possessionem. Petitiones nostrae modum non valent excedere; quandoquidem ille nobis plura pollicitus est, quam quae optare valeamus.

Alterum est, cum postulata nostra nimis urgent, & preces accidit importuna. Hac in re diligenter nobismet ipsos cavemus, cum apud homines agimus. Sed a Deo nunquam vel crebro nimis, vel nimis sollicito petere possumus, quia illi gratias, & beneficia non largitur, nisi exire petentibus, & perseverantibus.

Tertium est, cum preces importune sunt, & cum ille, a quo petimus, nos audire non potest, vel cum aliis distinetur curis, quae a postulatis nostris abhorrent. Sed Deus semper praesto est, ut nobis benignas

praebeat aures; in singulas horas, & momenta singula, illum adire possumus, ipse immo nos excitat, ut peramus; & olim exprobravit Apostolos suos, & fortasse aliquando nos exprobraturus est, quia nihil ab illo petierimus.

Vide in eodem Bibliotheca Mor. Evang. Tomo Titulum eundem: ORATIO.

PRO FERIA SEXTA POST PRIMAM QUADRAGESIMAE DOMINICAM.

Erat autem homo illi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Joannis 5.

HUJUS Evangelii sensus adeo perspicuus est, ut ex semet ipso pateat, & nihiliter perfidiae neminem ex Auditoribus meis esse, qui illum explicare non valeat. Piscina, secus oram cuius Ager jacet tanto amorem numero, Sacramentum est Penitentiae, in quo peccator invenit omnibus animae suae morbis medicinam. Aqua motus, qui illic excitabatur ab Angelo, exhibet ultro motus gratiae, sine qua homo concipere nequit curationis suae desiderium. Sed miser hic agrotus, qui duo de quadraginta annos secus Piscinam jacuerat, vera est imago peccatoris, qui in suo scelere occalluit, & qui in eo annos integros mansit, & nonnunquam etiam toto vite suae tempore perduravit; & qui nisi peculiare, & non commune divinae misericordiae subsidium assilgat in apertissimo versatur discrimine ita moriendi sicut vixit. In hac posteriori parte immorari fert animus, ut vobis ob oculos exhibeam miserum peccatoris statum, qui praevidem contraxit peccati alicuius consuetudinem. Ut autem videatis deplorabilem statum ad quem pravus habitus redigit, & malum, quod inde accidit; volo unice considerare naturam habitus generaliter sumpti. Haec duplici in re sita est; Primum quidem in proclivitate quadam, & facilitate agendi; quod innotescit in artibus omnibus, difficillimisque rebus, quae diuturno usu exuunt difficultatem; deinde vero in summa habitu exuendi difficultate; quemadmodum quilibet usu proprio experitur; magna enim opus est vi, ut relinquamus id, quod nobis cordi est, & cui pridem consecraverimus. Quod praecipue in habitu peccati possumus animadvertere. Etenim

Primo faciliorem usum creat illud perpetrandi; quae res efficit, ut habitualis peccator fiat in oculis Dei obiectum horrois, & abominationsis.

Secundo parit summam difficultatem habitum exuendi, quae causa est interitus, & reprobatum suae quamdam speciem necessitatis, & moralis impossibilitatis emergendi, quae efficit, ut peccator perseveret, & in eodem statu moriatur.

Vide in Tomo II. Bibliotheca Morali. Evangel. Titulum: HABITUS.

Sabbatum est; non licet tibi tollere grabatum tuum. Joannis 5.

Mirum non est, Christiani Auditores, Doctores legis, quorum meminit Evangelium ignorasse, quoniam in re sita esset Sabbathi observantia, & ratio illius sanctificandi.

Invidia, qua rumpebantur, eo quod Filius Dei optime audiret in populo, ita illos excacaverat, ut crederent se illi fidem abrogare melius non posse, quam ostendendo illum in singula momenta infringere consuevisse Sabbathum, etiam cum adeo frequenter operabatur prodigia. Hoc mihi locum praebet loquendi apud vos non jam de festis Synagogae diebus, sed de Dominicis, Festisque a nobis in nova lege servandis, & de ratione minus hoc adimplendi. Tamen ut sermo nosset non migret in familiarem disceptationem, abhineo a minutis quatuordecim; quid sit opus servile, quandiu liceat eadem operam dare, & quantum temporis requiratur, ut in praecipuum hoc peccetur; quae discussio pertinet ad Confessarios, quorum est penitentes in dabis erudire. Dicam solum praecipuum servandi Dominicis, Festisque dies, duplici modo violari, sicuti dux nos ad id possunt impellere causae: avaritia videlicet, & licentia. Avaritia ad hoc pertinet, qui metuant ne ex interminio labore aliquid ex bonis suis pereat, vel negotia sua grave aliquid detrimentum patiantur; vel qui salutis suae curam lacerare posthabendam autamant. Licentia eos respicit, qui cum sint opibus praestantes, & a manuum labore possint abstinere, dies hos in criminiosam quietem convertunt infumens illos in ludis, solatiis, commensationibus; vel ut brevius dicam, alii nequaquam observant praecipuum consueto labori operam dantes; & alii se praecipuo satiscescisse credunt bipalmarum errore, quem probare videtur consuetudo. Ad duo haec igitur personarum genera sermonem converto.

I. ARGUM. De peccato Habituum, cujus figura est agrotus habens 38. annos in infirmitate sua secus Piscinam. Hoc ipsum argumentum pertractatur in Dominica, post Epiphaniam per octavas. Item Legitur Jo. 5.

II. ARGUM. De observantia Dominicalium Festorum, quae dicitur.